

## **Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...**

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In qua tractatur de Virtute ac Sacrameto Pœnitentiæ

**Bosco, Jean a**

**Lovanii, 1670**

Concl. X. In Peccatis carnis debet explicari circumstantia copulæ consummatæ; nec sufficit dicere: Comisi peccatum grave contra castitatem cum soluta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73393](#)

Usque adhuc de Circumstantia, Quis, omnium prima. Sequitur Circumstantia, Quid, de qua queritur primò; An in peccatis carnis deputare explicari circumstantia copulæ consummate; an verò sufficiat dicere: Commisi peccatum grave contra castitatem cum soluta? Respondeo:

### CONCLUSIO X,

In peccatis carnis debet explicari circumstantia copulæ consummate; nec sufficit dicere: Commisi peccatum grave contra castitatem cum soluta.

182.  
Propter  
Genua ex  
legato Ta communiter DD. quamvis non confitiant in probatione. Lugo disp. i. 6. n. 238. Ratio (inquit) est: quia licet tactus etiam & oscula habeant suam malitiam in ordine ad copulam, ad quam ordinatur; diverso tamen modo opponuntur virtuti castitatis: nam copula opponit tanquam actus consummatus, per quem cum effectu infertur documentum proli: at verò tactus libidinosi opponuntur solum ut dispositiones, propter periculum, quod afferunt, & quia ex le ordinantur & disponunt ad copulam; quod non sufficit ad participandam eandem specie malitiam, ut constat manifestè in delectatione morosa; que quidem accipit suam malitiam per ordinem ad pollutionem, vel actum consummatum, ad quem ex se disponit voluptas illa delectationis: & tamen nemo dicet, non differe specie à pollutione consummata & intenta; nec id ullus concessit.

Addit: hujusmodi tactus non solum prohiberi propter distinctionem ad copulam; sed etiam propter delectationem turpem, quam in se habent; qui omnem ejusmodi delectationem natura volui prohibit esse extra matrimonium; quia aliquo homines mindus de matrimonio curarent. Hac ille.

183.  
Vetus vi.  
debet tamen  
& copulam  
non habere  
malitiam  
specie di-  
stinctam; Sed verius videtur; tactus, oscula & copulam non habere malitiam specie distinctam; quia habent idem objectum, & privant eodem modo eadē rectitudine: nam (ut alibi diximus) impudicitia (que consistit in tactibus, amplexibus, affectibus & osculis libidinosis ex natura sua est quasi pars, sive inirium ipsius actus principalis: ergo participat eandem specie malitiam, sicut periculum proximum participat eandem specie malitiam illius peccati, cuius est periculum).

Unde non sufficienter confitetur, qui dicit: Exposui me pericula proximo peccati mortalis; sed debet explicare speciem illius peccati mortalis, cuius periculo proximo se exposuit. Et

consequenter non satisfici, confitendo oscula & tactus; nisi simul explices actum principale, ad quem hic & nunc illa impudicitia erat proxima dispositio, sive proximum periculum, estò de facto actus principalis per accidens fuerit impeditus.

184.  
tunc tamē  
non sequi-  
tur, eum,  
qui habuit  
copulam,  
satisfacere  
confitendo  
sobstitutus; Si inferas: Ergo qui exercuit actum principale, v. g. habuit copulam cum soluta, sufficit confitendo solos tactus & oscula honesta; si enim explicat totam malitiam specificam copulæ.

Respondeo N. C. quippe Concilium Tridentinum docet, non solam malitiam specificam esse explicandam sed omnia peccata in specie & sigillatim: Si quis dixerit, in Sacramento Penitentiae ad remissionem peccatorum necessarium non esse ure divino, confiteri omnia & singula peccata mortalia &c. anathema sit, scilicet 14. can. 7. Jam autem clarum est, copulam esse peccatum, saltem numero, distinctum à lolis tactibus & osculis.

sicut ho-  
sufficit ex-  
plicare io-  
lum adiu-  
nitum. Non sufficit ergo explicare malitiam; sed oportet etiam explicare subjecta malitia: alioquin cum actus efficax internus, secundum omnes, participet eandem specie malitiam cum actu externo, neutiquam deberet exprimi in Confessione actus externus, sed sufficiens confiteretur fuisse; dicendo: *Habui efficacem voluntatem furandi; & adulteri: Habui efficacem voluntatem adulterandi;* & sic de ceteris, quod est contra universalem proximam Ecclesiam, & sensum communem penitentium & confessorum.

Dices: Non est obligatio explicandi omnia & singula subjecta malitia; sed sufficit explicare malitiam, & aliquid subjectum eius, v. g. qui simul tria vulnera infligit, sufficit si dicat: *Vulnervavi.* Item qui oscula, amplexus & copulam habuit, satis est si confiteatur copulam. Ergo confimiliter sat erit confiteri actu internum efficacem, utpote qui cum actu externo unum constituit peccatum, in quo non est necesse explicare singulas eius partes, ut verè illud peccatum dici possit manifestatum; sicut nec ille, qui furatus est 100. debet illa 100. manifestare.

185.  
objecit Respondeo: quidquid sit de furto 100. (de quo alibi egimus) N. C. & paritatem. Consentio, actum internum & externum integrare unum peccatum, in quo, licet non sit necesse explicare distinctè omnia subjecta malitia; oportet tamen declarare illa subjecta, quae differentia specie in modo participandi illam malitiam. Sicut ergo in uno peccato, constante duabus malitiis partialibus, specie diversis, oportet utramque declarare; sic pariter, quando unum peccatum constat ex duabus subjectis partialibus, quae in modo participandi malitiis differentia specie, oportet utrumque subjectum explicare: alioquin non explicabitur tota species peccati.

Dddd 2. Porro

186.  
Diverso  
modo par-  
ticipant  
malitiam  
actus inter-  
nus & ex-  
ternus.

Porrò negari non potest, diversum esse specie modum, quo actus externus participat malitiam, à modo, quo eam participat actus internus: in hoc quippe reperitur formaliter & immediatè, in illo solùm mediátè & denominativè. Si ergo solùm explicet actum internum; nondum explicasti peccatum istud, quatenus participat malitiam mediátè & denominativè; ex quo capite peccatum externum est specie partiali diversum ab interno, compones tamen cum eo unam speciem integrum peccati.

Hinc ad exempla adducta, admittit, non oportere in peccato explicari distinctè omnia & singula subiecta malitiae, & partes peccati, quando inter illa subiecta, & inter has partes non datur differentia specifica, saltem inadequa; quæ utique non datur inter tria vulnera inflicta unico iactu; & inter centum florenos unico actu sublatos, cùm eamdem malitiam eodem modo participant, scilicet mediátè & denominativè; uti nec inter oscula, amplexus & copulam: datur autem inter actum internum & externum, ut jam ostendimus.

187.  
Suffici-  
confessio  
copula, ut  
etiam con-  
fessio actu  
externi.

Deinde retorquo hoc exemplum: nam qui habuit oscula, amplexus & copulam, non satisfacit confitendum oscula & amplexus; sed debet explicare copulam, quæ est pars consummativa, continens implicitè partes inchoativas & prosecutivas (ut sic loquar) & ideo copulam explicata, nihil aliud superest explicandum. Ergo similiter cùm actus externus peccati sit pars consummativa, quæ necessariò includit actum internum tamquam partem inchoativam; explicato actu externo, nihil superest explicandum: at vero explicato solo actu interno, cùm hic non contineat implicitè actum externum, sed sapè sapienter sine actu externo inventiar, non mirum, si actus externus debeat necessariò explicari, quando cum actu interno constituit unum peccatum.

188.  
Objecatio.

Sed dicit aliquis: Hoc est quod queritur, quare non sufficiat dicere: *Exposui me periculo proximo fornicationis per oscula, amplexus &c.* cùm per illa verba explicetur tota malitia specifica & numerica fornicationis, non minus quam dum exprimitur fornicatio, tacitus osculis & amplexibus: neque enim alio modo fornicatio participat illam malitiam, quam illud periculum proximum.

Nec obstat; quod fornicatio sit pars consummativa, implicitè includens partem inchoativam: quero enim, unde constet potius esse confitendum partem consummativam, quam inchoativam, si utraque habeat eamdem planè numero & specie malitiam, ita quod etiam sint unum & idem numero peccatum? Nam si dixeris: pars consummativa est peccatum numero distinctum; dico, etiam partes inchoativas, quæ aliquando plures sunt, peccata esse numero distincta: cùmque pars consummativa

non includat necessariò distinctum numerum partium inchoativarum; & hic numerus exprimi debet. Cur ergo non sufficit dicere: *Peccavi peccato externo fornicationis*, tamen si non fuerit fecuta fornicatio, dummodò quis se ex posuerit proximo ejus periculo?

Respondet: quia peccatum externum fornicationis significat actum consummatum, qui (ut supponitur) non fuit; ergo ad prius talis mentitur. Deinde actus consummatus est aliud numero peccatum ab actu inchoato tantum; adeoque non exprimitur peccatum consummatum, sed aliud. Atque pari ratione, si dicat: *Exposui me periculo proximo*, quando actu fuit consummatus, non exprimit peccatum consummatum: quia periculum, actu non factum, est peccatum numero distinctum à periculo, actu fecuto, tamen si dum actus sequitur, periculum & actus sicut idem numero peccatum.

Nec est similis ratio partis inchoativa: licet enim aliquando plures, aliquando pauciores sint; evidentem omnes idem numero moliter constitutum peccatum, & eodem modo participant eandem numero malitiam: sive enim plures sint, sive pauciores tacitus aut alie peccatis iohonesti; omnes disponunt ad eandem turpitudinem seu actum consummatum; & in quantum talis dispositio, ex natura rei tali sunt: proinde quod physice plures sint vel pauciores, non variat numerum moralem peccati, dummodò ad unum & eundem actum disponant.

Nam quod soprad abebat Eminentissimus; tacitus non solùm prohiberi propter dispositionem ad copulam, sed etiam propter delectationem turpem, quam in se habent, unde probatur, quandoquidem his, quibus actus consummatus seu copula est licita, etiam liciti sint hujusmodi tacitus seu dispositiones? Voluit ergo natura prohibitam omnem hujusmodi delectationem extra matrimonium; quia voluit prohibitam omnem ulteriorem turpitudinem, ad quam hujusmodi delectatio disponit: quia si talis turpitudine licet extra matrimonium, homines minus de matrimonio curarent.

Sed nunc valet argumentum Lugonis à delectatione morosa ad tacitus in honestos? Placere, si delectatio morosa sumat suam malitiam ab actu principali, ad quem disponit, & non potius ex objecto formaliter motivo, de quo infra tractabimus. Et tunc consequenter dicimus, delectationem morosam, que disponit ad pollutionem, non diffire specie, saltem adæquatà, à pollutione consummatâ; sed habere videntur specie malitiam: sic tamen, quod pollutione consummatâ debet in Confessione explicari, & non sufficiat dicere: *Habui delectationem morosam*, quando pollutio subsecuta fuit; quia illa pollutio subsequens est peccatum, saltem numero, distinctum à morosa delectatione.

delectatione, sepa-  
re ex dictis.

Quia ergo rati-  
onem sppondeo: quia per  
non explicatur pec-  
& signifikat. Quo-  
potest quis peccar-  
peccatis distinctæ  
& pollutione: ergo  
cato ex illis verific-  
determinatè decla-  
non declarat pecca-  
quod tamen necel-  
fess. 14. c. 5. ut no-

Ex quo etiam  
sufficeret: *Habui  
saluta*; nam illi ta-  
cationis, si disponi-  
litiam pollutionis.  
Ergo illa verba  
specie & signifikat

Nihilominus &  
qui (testa Turri-  
ne) necesse est exp-  
mentum: quia no-  
tacatum à copula  
pertinent ad actum  
cestum, eodem m-  
atur: quia si diffi-  
ret peccantis confi-  
ret etiam explicare  
sequentes, quod tan-  
gi negatur, ut su-

Sed hac funda-  
ponendam mol-  
communem DD.  
munem poenitentia-  
fesiles nisi declarata

Adeoque nec v-  
mis grave peccatum  
nisi; etenim verifi-  
uti etiam de affec-  
tationis, separa-  
tamen confitit ac-  
dum. Nisi ergo p-  
tationis intellexerit  
existito, per illa  
sufficienter exprimen-  
ac signifikat, est  
eandem specie ma-  
salem numero disti-

Et quamvis ex  
intelligatur malitiae  
præcedente & sub-  
catà malitiae tacta-  
gitor peccatum co-  
abesse: & ideo o-  
rare.

Post hanc scripta

VII. de quo alibi

deleatione, separatis à pollutione, ut pater ex dicit.

Quæ ergo ratio nostræ Conclusionis? Respondeo: quia per illum modum confitendi non explicatur peccatum commissum in specie & sigillatum. Quod sic ostendo: Cum soluta potest quis peccare graviter contra castitatem peccatis distinctæ speciei, v. g. fornicatione & pollutione: ergo illa verba de quoivis peccato ex illis verificari possunt: ergo neurum determinatè declarant; ergo per illi penitentes non declarat peccata sua in specie & sigillatum, quod tamen necessarium esse doceat Trident. sess. 14. c. 5. ut non semel vidimus.

Ex quo etiam conatur, hæc verba non sufficere: *Habui tactus in honestos cum persona soluta*; nam illi tactus habent malitiam fornicationis, si disponant ad fornicationem; malitiam pollutionis, si ad pollutionem &c. Ergo illa verba non explicant peccatum in specie & sigillatum: ergo non sufficiunt.

Nihilominus non defuerunt Recentiores, qui (testo Turriano de Penit. q. 9. a. 2. disp. 29. dub. 2. ad 5. arg.) dicent, non necessariò esse explicandam copulam. Fundamentum: quia non appetit specifica distinctione tactuum à copula; tactus quippe conjugatus pertinet ad adulterium, confangueñad incestum, eodem modo, quo copula. Confirmatur: quia si different species, non satisfacere penitentes confitendo copulam; sed deberet etiam explicare tactus antecedentes & consequentes, quod tamen communiter à Theologis negatur, ut suo loco videbimus.

Sed haec fundamenta minus alta sunt ad imponendam molem tanti ædificii, contra communem DD. sententiam, & sensum communem penitentium, qui non putant se satisficisse, nisi declaraverint copulam.

Adeoque nec valeret hæc Confessio: *Commissi grave peccatum in materia simplicis fornicationis*; etenim verificari potest de solis tactibus, ut etiam de affectu efficaci vel inefficaci fornicationis; separatis ab actu externo, cùm tamen constet actum externum esse explicandum. Nisi ergo per materiam simplicis fornicationis intellexeris ipsam copulam externam; existimo, per illa verba fornicatorem hanc sufficienter exprimere suum peccatum in specie ac sigillatum, estò tactus & copula haberent tandem species malitiam; quia sunt peccata deinceps: & ideo oportet illud expressè declarare.

Et quamvis explicata malitia copula satis intelligatur malitiæ tactuum, qui ordinariè precedunt & subsequuntur; attamen explicata malitiæ tactuum, non sufficienter intelligitur peccatum copula, quod sepiissime solet absoluere: & ideo oportet illud expressè declarare.

Post hæc scriptra, prodidit Decretum Alex. VII. de quo alibi fecimus mentionem, in quo

ad minus tamquam scandalosa, damnatur & prohibetur hac propositio: *Quod habuit copulam cum solutis, scilicet Confessionis præcepto, dicens: Commisi cum soluta grave peccatum contra Castitatem, non explicando copulam*. Igitur oportet expressè declarare copulam.

Si autem à me queritur; An etiam debent exprimitè declarari in Confessione diversa præcepta, quæ unico actu penitentes violavit, v. g. non jejunavit vigiliam S. Matthæi, incidentem in Quatuor tempora; Non audivit Missam die Dominicæ, in qua erat Festum S. Joannis Baptista &c. An vero sufficiat dicere: *Violavi præceptum ieiunii: Non audivi Missam die Dominicæ &c.* Pro responsione instituitur

## CONCLUSIO XI.

Præceptorum in eadem materia, ex eodem motivo proximo multiplicatio, nihil facit ad distinctionem specificam, vel numericam peccatorum.

**E**xordiat ab eo, quod facilius est & magis certum. Quando præcepta multiplicantur purè per ratione multiplicis temporis, v. g. hodie Provincialis præcipit singulis mensibus confiteri; etas ipse idem, vel successor eius in Provincialatu, repetit idem præceptum ex eodem motivo; hæc multiplicatio præceptorum, seu repetitio ejusdem præcepti, nihil omnino facit ad distinctionem specificam, vel numericam peccatorum; adeoque non est explicanda in Confessione, exemplo voti, cuius repetitio non inducit novam obligationem specie, aut numero distinctam.

**Ratio à priori est:** quia illa repetitio præcepti non tam est novum præceptum, quam priori, intimatione antiqui præcepti, seu renovatio memoriae, quæ sicut fit à Legislatore, ita à quocumque alio privato homine posset fieri. Sicut ergo non induceret novam obligationem, si fieret à privato homine; pari ratione non inducit novam obligationem, etiò fiat à Legislatore, defectu scilicet voluntatis, vel etiam potestatis: non enim omnia potest, quæ vult, sed illa solum, quæ sunt in edificationem subditorum; secundum, quæ in destructionem. Porro multiplicatio illa obligationum ad eandem rem, ex eodem motivo, potius est in destructionem boni communis, quam in edificationem, ut patet ex dicendis. Cùm ergo in hoc casu non sint verè multa præcepta, sive specie, sive numero; quid mirum, si illa

Dddd. 3 appa-

194.  
Multiplicatio  
præcep-  
torum pu-  
re ratione  
temporis  
non multi-  
plicat potes-  
tatis